



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

Vers. Et generaliter quoslibet illorum Defensores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

*nonem incidit, que regula quoque
pateat, declaratur.*

**Fautores hæretorum qui
nam finit declaravimus iij**

y. nullius, declarauimus, i.e.,
qui in excommunicatione

I hanc incident, declaremus. f Fa-
tores hereticorum igitur in ex-

communicationem hanc Bullæ

incident, ut in versicul. proposito
habetur, quæ regula declaratur
muitis modis. Primo ut superio-
res, nam locum habet, quicunq;
fautor sit, vel Imperator, vel Rex,
vel Dux, vel interior, vel Cardinalis,
vel Patriarcha, vel Archiepi-
scopus, vel Episcopus, & ad sum-
mam vel laicus, vel clericus sit.
Item vel priuilegium habeat ne
possit per litteras Apostolicas
excommunicari, ut diximus su-
pra.

Secundo in excommunicatio-
nem hanc hæreticorum fautores
incident uel dictis, uel factis fa-
ueant, ut supra diximus.

III. Tertio in excommunicatione
incident non solum ubi haeretico
uiuo furent, uerum etiam & ubi
mortuo.

Excipit utramen, ubi ob aliam causam ab hæresi hæretico faue-

rent, ut diximus supra ob §. ille
quoque. Qui ergo hæretico alimē
ta subministrat, ne fame pereat,
in excommunicationem hāc non
incidit, ut supra probauimus.
Qui icidem ob metum ei fauet, o-

beditue, modo non contra Ecclesiam tantundem, ut habetur in capitulo. Julianus. *Nihilo. Clo. i. quæst. 3.* & sensit Nauar. *tom. i. 2. libro 5. question. 2.* Qui itidem ob utilitatem regni, & christianorum eius, hereticis non tamen in haeresi fauent, excommunicationem hanc euadunt. argum. eit. *capitu* I. Julianus. Quare & Principes christiani, qui haereticos tollerant in suis regnis, quoniam expellere eos nequeunt, & quo ipsorum opere utantur, & ne pax perturbetur, quod contingit Imperatori in Germania, & in Ungaria, & Regi Polonorum in Polonia, in excommunicationem hanc non incidunt, sed de fautoribus satis, iam de defensoribus eorundem agamus.

Vers. Et generaliter quo-

libet illorum Defensores.

- 1 Defensor quis dicatur.
 - 2 Defensor hereticorum in excommunicationem incidit, quae regula, quoque pateat, declaratur.
 - 3 Defensores hereticorum an heretici sint.

Hic

Hic defensores quilibet hæreticorum excommunicantur, uerum, ne terminos ignoremus, quisnam defensor sit iam vi deamus.

1. Defensor igitur † proprie is dicitur, qui aliquem aut ab aliquo oppugnatum defendit, aut ne op pugnetur, presto illi est, & ad sum mam ne aut re, aut verbis per sonæ, rei, famæ & damna patiatur. argumen. auth. de defensor. ciuit. Quare a fautor differt, sicut spe cies a genere, nam omnis defensor est fautor, non autem omnis fautor est defensor, quandoquidem & fautor is etiam dicitur, qui extra dictos casus fauet. Hoc præmisso ię regulā ponamus.

Defensores hæreticorum igitur † quicunque in excommunicatio nem hanc Bullæ incidunt, ut habetur in versicul. proposito, quæ regula amplificatur, ut superiores. Item locum habet uel de fautor defendant in iudicio, uel extra, nam Bulla simpliciter loquitur, & generaliter, ergo generaliter, & simpliciter intelligi deber. argumen. i. de pretio. ff. de publi. in rem a&t. & l. i. §. & generaliter. ff. de legat. præstan. Tertio locum habet, quicunque hæreticus sit, cui fauetur. Qui ergo, ne hæreticus in manum iudicis ueniat, ne examineturue, defendit, uel aduocatus, uel notarius, uel testis alius ue sit, in excommunicationem incidit, ita Tolet. in Bulla Coepæ Domini, excom. i. p. h. m. 18. cum

sequenti.

Excipitur tamen primo, ubi ob aliam rem ab hæresi, eum tuerentur, ob capit. accusatus. §. ille quo que. iunct. gloss. de hæret. libro 6. namque cessante causa prohibitiōnis, cessat & prohibitio. capit. cum cessante. de appell. & excommunicantur defensores hæreticorum, ubi ob hæresim id faciunt. Quare, qui defenderet eum in iudicio, aut in causa Civili, aut ab homicidio, hæretici defensor hic non diceretur, ita Tolet. eod. numer. 19.

Postremo excipitur, ubi de iure eos defenderent, utpote probando eum hæreticum non esse, & hæresis notam iniustè ei inuictam esse, modo tamen de licentia superioris id facerent, ut diximus supra in uersicu. Fautores. in fine. Quare & qui defendit hæreticum, ne iniustè ab aliquo priuato offendatur, in excommunicacionem hanc non incideret, ut dixit Angel. in uerb. Hæreticus. numer. 25. & Syluestr. in uerb. Hæresis. i. num. 20. uersi. Defensores, & Martinus Alfons. de Viuald. in Candalabro. part. 2. in explanatione Bullæ. cas. i. nume. 7. & Tolet. eodem numer. 19. † Atqui an defensores hæreticorum, item & fautores, necnon receptatores hæretici ipsi sunt. Concludendum est breuiter, ut retrores eorum defendant, hæreticos esse, secus autem, si personas tantum, nam sic dixit Alfonso. de Castr. lib. 1. aduersus hæreses

reses omnes. cap. 9. uersicul. Quapropter hæreticorum fautores, sed de his iam hactenus, ad alia ueniamus.

Vers. Ac eorundem libros hæresim continentес sine auctoritate nostra, & sedis Apostolicæ scienter legentes.

S V M M A.

- 1 Legens libros hæreticorum hæresim continentес in excommunicationem incidit, quæ regula, quousque pateat, declaratur.
- 2 Legens litteras hæreticorum hæresim continentес an in excommunicatione incidat.
- 3 Legens ob curiositatem libros hæreticorum hæresim continentес in excommunicationem incidit.

IN hac parte excommunicantur, qui hæreticorum libros hæresim continentес legunt, quare, ne a proposito ordine discedamus, regula materiam hanc totā explicemus.

In excommunicationem hanc igitur incidit, qui hæreticorum libros legunt hæresim continentес, ut habetur in uersicul. proposito id expresse. Quæ excommunicatione afficit quoscumque legentes, nā Bulla indefinite loquitur,

dum inquit, Legentes, indefinita uero uniuersalis uim habet. argument. l. de quibus. & ibi not. Bar. ff. de leg. 2. & l. de pretio. ff. de publi. in rem acti. Siue clerici ergo sint, siue laici, siue in dignitate positi, ut Cardinales, & alii inferiores ecclesiæ Antistites, siue Imperatores, ac Reges in excōicatio nem hanc incident, ubi contra partem hanc ueniunt, & facit Bulla Iulii Tertii. 7. incip. Cum meditatio cordis nostri. uiden.

Item afficit legētes hos libros hæreticorum hæc excommunicatione, quorumcunque hæreticorum libri sint, ob rationem proximè allatam.

Tertio esto legentes ignorent auctorem libri, modo sciant hæretici librum esse, & hæresim continere, hæc enim duo requirit Bulla, ut scilicet liber hæretici sit, & hæresim contineat, non autem ut hæretici nomen quis nit, ut habetur in proposito uersicul.

Quarto in excommunicatione incident, hæretici libros legentes, esto impressi non sint, nam liber non impressus liber est, ut perse patet. Præterea Bulla non distinguunt, ergo nec nos. Postremò ob odium hærefis, & hæreticoru prohibitio hæc sit, & ob periculu in primis, ne quis hærefis labore insciatur, quæ rationes locum habet tam in libro impresso, quam non impresso, ergo & eadem dispositio locum habere debet. argu. illud.

